

nil tale dicunt. Videtur mihi quod refectio illa salutem Israeliticam plebem significabat. Ideo fauor fuerit Apostolorum, ut salutem gentis sue quererent. Ceterum gentibus nulla salus ex Prophetis, sed per solam Christi gratiam. In illa saturatione de quinque panibus hordeaceis, qui quinque Moysis libros significabant, salus, ac conuersio Israelitici populi denotabatur, quæ per Apostolos, eiusdem plebis filios ministrata est. At in hoc conuiuio ex pane triticeo, ut ex Chrysostomo, ac ipso Paschasio infra dicam, præfigurabatur spiritualis refectio, ac salus gentibus danda, quarum cura Iesus ex suo eximio amore afficiebatur, illique incumbebat.

Christus ex suo amore gentium salutem curam habebat.

12. Euthym.

Gaudium facit, ut penuriam, aut famem non sentiant.

22.

Matth. 15.

Homo non sit molestus peritioribus, ac intercessionibus.

Chryso.

23.

1. Reg. 25.

1. Reg. 18.

Leuitic. 20. Abulens. Hugo.

Ionathæ Dauid insinuat? Dauid suæ innocentie tanquam patronum, ac tutelarem elegerat Ionatham, ut regi proponeret præclara eius merita, tam in ipsum regem, quam in regnum 1. Reg. 20. num. 5. & quod nulla in eo esset iniquitas. Ideo autem noluit ab eo exposcere: ut pro vxore sua Michol loqueretur, ne tantis ei esset rogationibus importunus. Nam quamuis Ionathas exoptulatum à Dauide regi explicaret; tamen Dauidis prudentia cauta se habuit, ne tot flagitationibus, ac intercessionibus esset importuna.

1. Reg. 20. Amici intercessionibus non sunt grauari.

24.

Chryso. Ambros. Caietan. Genes. 15. Amicus precationibus non est satigandus.

Lippom.

25.

Luc. 7.

Homo multis rogationibus ne fiat amicus importunus.

Ionas Epif.

Multa Deus Abrahæ contulit dona, seque illius protectorem, ac scutum, multamque mercedem, ac stipendium suorum operum, & liberum est ei pollicitus, ut explicant D. Chrysostomus, D. Ambrosius, Caietanus, & alij Tunc Abrahamus ait, Ego vadam absque liberis; mihi non dedisti semen. Genes. 15. num. 2. Si Deus tam beneuolus extabat Abrahamo, cur tantum illi suum exponit desiderium? cur clarè, & aperte sobolem non postulat? Multa Abrahamus fuerat à Domino impetratus; ne nimis in precibus videatur, abstinet se, ne vitra exposcat, solumque suum exprimit affectum. Lippomanus ibi ad citata verba Mibi semen non dedisti: sic ait: Quasi herens inter postulandum ex nimio desiderio; & quasi non audens furigare amicum precando, iterum incipit loqui, Ecce nondum mihi dedisti semen.

Cum cognouisset Centurio, Christum Dominum aduenisse Capharnaum, & puer quidam suus, illi valde pretiosus, & charus, graui morbo laboraret; misit Centurio Iudæorum principes, ac seniores deprecantes, ut infirmo daret salutem, Qui statim. Cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè dicentes ei, quia dignus est, ut hoc illi præstes, diligit gentem nostram, & Synagogam ipse edificauit nobis. Luc. 7. num. 4. Quo audito, annuit Christus eorum precibus, ac cum illis ibat. Quod cum agnouisset Centurio, Misit ad eum amicos dicens, Domine noli vexari, ibidem num. 26. quia ipse non erat dignus, ut tantam maiestatem in domum suam reciperet. Centurio duas habuit petitiones cum Christo, ut planum est. Vna de salute pueri obtinenda: alia, quod in domum ipse non accederet. Pro prima sollicitè seniores Synagogæ fuere deprecari, dignus est, ut hoc illi præstes, &c. benignèquæ à Domino sunt excepti: Iesus ibat cum illis. Cur ergo, o Centurio, secundam tuam petitionem per hos seniores non exponis? ad quid alios quæris? Præclarè sanè adhibet alios rogatores, ne primi tot postulacionibus grauarentur. Nam re adepta ex vna postulacione facta, aliam statim proferte, & affectare, videtur quid valde importunum, & molestum. Ioannes Episcopus Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum; de de tereno principe agens ait: Qui ei frequens est in precibus, importunus est, & abnegationem sollicitat. Et sic se habeant, quoad temporalem principem, & regem. Tamen supremus Dominus instanter omni tempore à nobis vult exorari, ut sæpe dixi. Et differentia est, quia Dominus temporalis ex vno dono dato ansam arripit ad aliud negandum; at Deus ex vno concessio elicit motiuum ad aliud exhibendum. Cuius ingenium in præsentia euenta homines isti, cum adhuc in schola Christi non essent consummati; non optime perceperunt.

Marci 8. n. 2. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me,

mè, nec habent, quod manducent.

VERSIONES.

- Syriacus. Misericordia commoueor super turbam, quippe qui iam triduum congregati sunt apud me.
Theophylactus. Misericordia tangor erga turbam.
Vatablus. Intimè misereor turbæ, quia iam triduo manent apud me, nec habent, quod edant.
Arias. Visceribus commoueor super turbam, quia iam dies tres manent apud me.
Hebraicus. Intimis visceribus commoueor super turbam.

ALTER TEXTVS.

Matth. 15. Misereor turbæ, quia triduo iam perseverant mecum, & non habent, quod manducent.

EXPOSITIO II.

PRIVS, ut inquit Glossa, & D. Anselmus, Dominus aufert debilitates, & postea cibatur, quia prius remouenda sunt peccata, & postea anima verbis Dei nutrienda. Ait Dominus in præsentia suis Discipulis: Misereor super turbam: seu, intimis visceribus commoueor, ut habet Hebraicus, super necessitatem, & famem huius turbæ. Verus potifex, ac pastor, qui suorum miseria tangitur, Ad Hebræos 4. n. 5. Et ponitur, ait D. Thomas, motiuum miserandi triplex. Primum perseverantia, quia ecce iam triduo sustinent me, seu, ut habet D. Matthæus, perseverant mecum. Qui perseverat cum Christo, pane eius reficitur. Preme verbum: Quia ecce iam triduo. Ecce rem grandem denotat. Magnus Dominus suorum obsequia in magnum, ac multum appendit: quàm aliter reges sæculi, qui in patuo solent reputare. Triduo. Considerandus ingens populi ardor erga Christum, qui omnium oblitus tanto tempore Christi doctrinæ erat intentus. Simulque consideranda eximia Christi charitas, quæ toto triduo sine quiete, refectio, ac somno prædicet, & sanet ægtotos. Secundum motiuum, ait D. Thom. nec habent, quod manducent; nam viatica, quæ asportauerant turbæ, iam consumpta erant, ut dicam quæst. 6. Et sic maximè patebat necessitas; quia, ut ait Albertus Magnus in cap. 15. Matth. non poterant dicere Discipuli, quod secum asportauerunt cibos de villis. Tertium motiuum periculum, ne deficiant in via. De quo sequenti expositione.

26. Glossa. Anselm.

Hebr. 4. Thom.

Christus suorum obsequia in multum appendit.

Thom. Alb. Mag.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

QUESTIO V.

Quare tam intimè Dominus misericordia commouetur super hanc turbam?

RESPONDET primò D. Thom. in c. 15. Matth. Ostendit Dominus humanitatem conuenientem diuinitati. Misericordia est passio, quia misericors, est miserum cor habens, qui reputat alienam miseriam suam, & quam reputat ut suam, repellere debet ut suam. Piissimus Dominus ex suis intimis misericordie visceribus commouetur super famescientem turbam; habet enim humanitatem conuenientem pietati diuinæ. Populique necessitatem ut suam cogitat; nam nos ut semetipsum æstimat, & idè ut suam repellere intendit. At principes sæculi subditorum miserias valde alienas, ac extraneas censent.

27. Thom.

Christus non stras miserias ut suas reputabat.

28. Abulens. Chryso.

Deus allicitur à necessitate ad subueniendum.

29.

Theophyl. Fames multis casionem præbet.

36. Paschas.

Ovni Deus dat finem labori.

1. Reg. 24.

1. Reg. 26.

Ambros.

Secundò Abulensis in cap. 15. Matth. q. 103. Misereor eis, ait, quasi dicat, Ipsi non petunt panes, sed erubescunt. Sic ait Chrysostomus citatus superiori quæst. quod turbæ non audebant panes petere. Nec ego, ac si dicat Christus, dare volo tanquam petentibus, sed quia misereor illis, etiam si ipsi non petant. Ipse enim amator hominum, & omnium curam gerens, allectus nostra necessitate, etiam non petentibus dat, propter quod dicit. Misereor turba. Vide tom. 3. cap. 33. quæst. 6. & 7.

Tertio Theophylactus. Nunc, ait, nisi periculum ex ciborum penuria fuisset, nequiquam fecisset miraculum. Multus alimenti instabat defectus, unde ad tantum opus edendum commouetur Dominus, ne populus in famem incidat. Ad multa enim mala fames, ac rerum penuria nos impellit. Vide citatam quæst. 7. Quarto. Commouetur Dominus misericordie super turbam famescientem amore ipsius Christi, ipsum per desertum sequentem, quæ tam longum ieiunium sustinuerat. Qui enim tui causa in ærumnam, ac angustiam deueniunt, illis subuenire teneris. Vide tom. 3. cap. 34. num. 40. 41. 42. & 43.

Quintò D. Paschasius lib. 7. in Matth. Non ipse Dominus, ait, recordatur in vno saltem laborantes die, sed Discipuli. Hic autem ipse Dominus recordatur eorum, & misereri dicitur, causamque miserationis exponit, quia triduo, inquit, perseverant mecum. Mouet S. Pater dubium, quod superiori quæst. 4. tractaui, quare scilicet Apostoli in illo conuiuio post iter vnus diei pro turbis fuere locuti; non veto in præsentia pro triduo. Tam ingens perseverantia, tam largo ieiunio, tantoque incommodo per desertum subdiu diuinam pietatem sollicitauit, ut ipsis calamitatibus, ac ærumnis imponeret terminum. Dabit Deus his quoque finem. Si Dauid Saul occidisset, cum ipse eum in manibus tenebat in spelunca 1. Reg. 24. num. 7. tot persecutiones euaderet, & sibi promissum assequeretur regni clauum 1. Reg. 16. num. 13. A cæde tamen abstinnit, longanimiter Dei dispositionem in cunctis expectans, ut Deus corona regni concessa finem laboribus daret. D. Ambros. in Apologia Dauid cap. 6. Debitum, ait, sibi imperium diu distulit, quod sciebat Deo auctore deberi. Quo solo docuit omnes homines, non præripiendum regnum, etiam si debeat, sed expectandum, ut suo tempore deferatur.

31. Interlin. Haymon. Sexto. Glossa Interlinealis. Quia verus homo, miseretur, & compatitur humana fragilitatis. Haymon. Quia homo erat, misericordia motus est. Qui se hominem cogitat, maximè mouetur, ac compatitur super aliorum miseras, ac erummas. Hunc affectum super aliorum labores explicat D. Cyprianus lib. de lapsis. Dolet, ait, vobiscum, cum singulis copulo peccatum meum, & maroris, & funeris luctuosa pondera participo; cum flentibus fleo, cum iacentibus iacere me credo; in prostratis hominibus & me prostravit affectus.

32. Cassian. Septimò. Ait: Misereor super turbam. Cassianus commentatur. Hec inquit ut pius Dominus, & misericors Pater. Cuius proprium est, suorum necessitates videre, illisque prouidere leuamen. Fame premebatur totus Orbis, Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Aegypto. Gen. 42. num. 1. Iacob domus valde ampla extabat, in eaque multi erant filij ac famuli, qui per publicas vias vagabantur: & tamen nullus audit, vbi sit frumentum, sed solus Iacob. Septuaginta, Pagninus, Arias legunt: Vidans Iacob. Terra Israel valde distabat ab Aegypto; & tamen è loco tam distanti videt vbi sit triticum. Iacob totius familiaris pater, ac proinde quamuis in ea multi essent famuli, atque ministri, solus vnus pater, ac princeps videt suorum necessitates, vt illis etiam è longinquo remedium prouideat. Oleaster. Locus iste, ait, pulchre ostendit, quanta sit cura parentum in filios, etiam prouectos, qui non curant sibi alimenta querere, nec sentiunt sibi deesse frumentum, sed pater hac omnia vidit.

33. Hieron. Octauò D. Hieronymus in cap. 15. Matth. Vult enim, scilicet Dominus, pascere, quos curauerat, & ablatis debilitatibus, iam sanis offert cibos. His turbis in suis infirmitatibus salutem Dominus dedit, eosque postea, vt ait D. Anselmus sua spiritali doctrina docet ac pascit; tandem nunc ipsis famescentibus cibos ac alimenta prouidet. Ex vno beneficio pignoratur Dominus ad largiendū aliud. De Israelitis itinerantibus per desertum inquit Apostolus 1. Corinth. 10. num. 4. Bibebant de spiritali, consequente eos petra. Petra autē erat Christus. In ipsis aquis bibebant Israelitæ in typo, & figura spiritum, quem nos eramus accepturi in Eucharistico potu. Et bibebant, ait Apostolus, Consequente eos petra: nunquid ipsa rupes per desertum, ac itinera eos sequebatur, vt multi volunt cum Tertulliano lib. de Baptimo cap. 9. & lib. 3. contra Marcion. cap. 5. Explicat Apostolus. Petra autem erat Christus. Ipsa nempe Christi diuina virtus comes erat per desertum, vt commentantur D. Chrysostomus, D. Ambrosius, Oecumenius, eis assistens, vt quibus sui potum dederat, eos à periculis erueret, eorumque necessitatibus prouideret. Iam quasi consequens erat ex dato potu assistentia in necessitatibus non deneganda. D. Anselmus. Sequebatur eos per desertum petra spiritalis: quia aderat Christus. Qui ideo sequebatur, vt vbi defecissent, illis subueniret. Non enim petra, sed Christus aquam dedit. Expende verbum, vt vbi defecissent, illis subueniret. Vide supra cap. 3. n. 34. 35. & 36.

34. 1. Cor. 10. De Israelitis itinerantibus per desertum inquit Apostolus 1. Corinth. 10. num. 4. Bibebant de spiritali, consequente eos petra. Petra autē erat Christus. In ipsis aquis bibebant Israelitæ in typo, & figura spiritum, quem nos eramus accepturi in Eucharistico potu. Et bibebant, ait Apostolus, Consequente eos petra: nunquid ipsa rupes per desertum, ac itinera eos sequebatur, vt multi volunt cum Tertulliano lib. de Baptimo cap. 9. & lib. 3. contra Marcion. cap. 5. Explicat Apostolus. Petra autem erat Christus. Ipsa nempe Christi diuina virtus comes erat per desertum, vt commentantur D. Chrysostomus, D. Ambrosius, Oecumenius, eis assistens, vt quibus sui potum dederat, eos à periculis erueret, eorumque necessitatibus prouideret. Iam quasi consequens erat ex dato potu assistentia in necessitatibus non deneganda. D. Anselmus. Sequebatur eos per desertum petra spiritalis: quia aderat Christus. Qui ideo sequebatur, vt vbi defecissent, illis subueniret. Non enim petra, sed Christus aquam dedit. Expende verbum, vt vbi defecissent, illis subueniret. Vide supra cap. 3. n. 34. 35. & 36.

35. At contra homines ex vno dato dono argumentum sibi accipiunt ad nihil ultra dandum. Cum quadam nocte Assurus esset insomnis, iussit perlegi præteriti temporis historias. Ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat quomodo nuntiasset Mardocheus insidias Bagathan, & Thares eunuchorum regem Assurum iugulare cupientium; quod

36. Burgens. Corncl. An habuerit viaticum? Chrysof. Theophyl. Euthym. Alb. Magn. Abulen. Caietan. Maldon.

37. Chrysof. In necessitate domum valde gratum.

38. Antioch. Multa huius tridui allegoria.

39. Beda. Theophyl. Euseb. Gall. Cassian. D. Thom. Hugo.

40. Bernard. Corncl. Ad Heb. 11. Cassiod. Beda.

cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardocheus consecutus est? Esther 6. n. 2. Ingens fides, præclarum hominis obsequium in regem perlegitur; & quart rex, quodnam honorificum præmijum pro tanta fide sit datum. Num forsitan quart, vt, supra datum, nouum adaugcat: non hæc cogitatio tangit mentem eius: sed quart minimè profecto daturus, si datum agnouisset: ex vna enim mercede exhibita sibi impedimentum obicere intendebat, ne aliam largiretur.

Ex vno dono sumit homo impedimentum ad aliud dandum.

QUESTIO VI.

Quare in triduo Dominus miseretur? agiturque de viatico turba pro itinere.

PRÆCIPVA pars huius questionis dependet ab hoc secundo puncto. In quo Lucas Burgensis, & Cornelius à lapide existimant, in tanta multitudine valde verisimile esse, multos nil ciborum secum tulisse; ideo per triduum mansisse ieiunos, vt pote illectos charitate, & dulcedine Christi. Constans tamen est Patrum sententia D. Chrysostomi homi. 54. Theophylacti, Euthymij, Alberti magni in Matth. Abulen. Caietan. Maldon. Quod turba hæc secum panes tulerit: nam aliàs abique miraculo, tam longo ieiunio valde vexaretur; atque ipsa natura tanta inedia multum deperceret, ac tabesceret; & esto quidam nihil secum tulerint, tamen qui asportarunt, ex habitu Charitatis Christi illis impertiebantur. Vnde,

Primò ad questionem respondet Chrysostomus homil. 54. in Matth. Non in prima, neque secunda die id fecit, sed expectauit, vt omnibus consumptis, indigentia coacti, maiori admiratione factum prosequerentur. Quæ enim dantur in necessitate constitutis, valde grata, ac periucunda, maximèque in admirationem, ac venerationem suscipiuntur. Præterea Expectauit, inquit Chrysostomus, vt omnibus consumptis. Tunc cibum præbuit Dominus, cum turba alimento carens maximè indigebat: non enim miraculo, nisi virgente necessitate faciebat.

Secundò Victor Antiochenus. Ea erat in presenti loco ratio, ait, in multa plebis, que eum sequebatur, perseverantia, nam triduo ut hic scribitur, illum iam sustinuerat. Vbi tridui longanimitas in virtute apparuit, simul & ratio prodit efficax pro diuina misericordia sollicitanda. Valde enim sacratum est ternarius numerus, vt ex multis scripturæ locis patet, & his allegorizant Patres. Perseuerantia in triduo, Primò ait Beda, significat fidem Trinitatis, que dona Dei assequuntur. Theophylactus in Marcum, Triduum hic, ait, significat Baptismum, qui tribus personibus fit: & qui in hoc triduo manent, illuminantur, & dona Dei suscipiunt. Tertio Eusebius Gallicanus homil. 2. post Pentecosten ait, quod tres dies tria sæculi tempora sunt, ante legem scilicet, sub lege, & sub gratia Hoc tertio suæ Incarnationis tempore turbas reficit, nec ulterius eas fame perire patitur. Quartò Simon Cassianus lib. 5. cap. 4. ait: Tribus diebus exprimitur trinitas virtutum fidei, spei, & charitatis, hoc enim triduo reuiuiscimus, & pascimur æternis. Quintò S. Thomas in Matth. cap. 15. & hic Hugo astruit, hic significari triduum mortis Christi. Illi Dominum triduo sustinent, qui morti Christi se conformarunt. Ex quo per mortem

36. Burgens. Corncl. An habuerit viaticum? Chrysof. Theophyl. Euthym. Alb. Magn. Abulen. Caietan. Maldon.

37. Chrysof. In necessitate domum valde gratum.

38. Antioch. Multa huius tridui allegoria.

39. Beda. Theophyl. Euseb. Gall. Cassian. D. Thom. Hugo.

40. Bernard. Corncl. Ad Heb. 11. Cassiod. Beda.

Albert. Mag. tem Christi iustificationis nostræ expectamus refectionem. Sextò Albertus Magnus veram penitentiam dicit hoc triduum, quæ sit contritio, confessione, & satisfactione; & hac penitentia præmissa ad Christi mensam venimus. Beda, Haymon. Triduo conuertuntur homines ad penitentiam, opere, cogitatione, locutione. Clamabat Ionas, iuxta lectionem Septuaginta, 3. num. 4. Adhuc tres dies, & Ninive subuertetur. D. Basilius Seleucus, Augustis dierum terminis communitatio concluditur, lata autem via ad penitentiam aperitur. In ipso enim termino trium dierum lata via ad penitentiam aperitur, nimirum opere, locutione, ac cogitatione.

39. Tertio. Triduo sustinent me. Numerat Dominus dies perseuerantiæ turbæ; quia dies obsequij nostri ipse numeratos habet, vt retributionis mercedem exhibeat. Militia est vita hominis super terram. Et sicut mercenarij dies eius, Iob 7. num. 1. Dies ponitur pro tempore vitæ hominis, vt notat Peneda. Ad quid vita hominis confertur cum diebus mercenarij? Sicut enim dies mercenarij omnes sedule computantur, vt laboris stipendium persoluatur, ita cuiuslibet hominis à Deo dies numerantur, vt vnusquisque recipiat suorum operum mercedem. S. Gregorius lib. 8. moral. c. 7. Sancti viri, ait, quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot iam remunerationis suæ pignora inter spei cubiculum tenent.

40. Quarto. Triduo sustinent me, Christus Dominus suum his hominibus vult panem præbere; prius tamen in illis de triduo laboris itineris, vitæque abstera deserti, ac diuturni ieiunij mentionem facit. Vt enim quis Christi panem fruatur, optima dispositio, vt prius in laboribus, ac incommoditatibus huius sæculi se exerceat. Christo Domino ait Sancta Anima: Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, Cantic. 1. num. 7. Quod de pastu sui sacratissimi corporis, & sanguinis interpretatur D. Gregorius Nyssenus homil. 2. in Cantica. Respondet Sponsus: Si ignoras te, seu me (vt ait Del-Rius) propter identitatem, abi, & egredere post vestigia gregum tuorum; & pascere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, ibidem. num. 8. Magna difficultas est expositioribus. Ghislerius exposit. 1. Qua consequentia hæc ad Sponsæ quaesita dicantur? Ipsa interrogauerat locum sui pastus: vbi pascas? Ad quid ipse ait, quod, si ipsum ignorat, post greges suos abeat, hædosque constituit iuxta tabernacula pastorum? Potius, ac maiori consequentia videbatur diendum: Si me, meique pastus locum ignotas, veni post vestigia mea locaque hædos tuos iuxta tabernaculum meum; & sic facile ad mei pastum ingredieris. Ad quid mandat, quod post greges suos abeat, hædosque cubare faciat iuxta tabernaculum pastorum? Iuxta D. Bernardum, Cornelium ibi. Hi greges sunt sancti, & iusti; tabernacula pastorum est vita sanctorum Patrum, qui multis laboribus, ac incommoditatibus, & abstinentiis fuere vexati, vt ait Paulus ad Hebræos 11. num. 37. Vt ergo Christus Dominus animæ dilectæ indicet locum sui sacratissimi pastus, eam docet, vt se exerceat in molestiis, ac pressuris, in quibus sancti Patres se exercuerunt, quibus optimè aperitur aditus, ac ingressus, quoad cæleste, ac diuinum pabulum deuenitur. Cassiodorus, & Beda apud Ghislerium in Appendice ad illa verba: Indica mihi. Denotatur, inquit, æstus persecutionum, tentationum, ac erumnarum, quibus

Iob. 7. Peneda. Deu. numerat dies nostri obsequij ad premium.

S. Gregor.

40. Preparatio ad Eucharistiam exercitatio in laboribus, & erumnis.

Cantic. 1.

Nyssen. Del-Rius.

Ghislerius.

Bernard. Corncl.

Ad Heb. 11.

Cassiod. Beda.

in hoc seculo aduenit ipsa Ecclesia. Christus autem pascit oves suas, & inter eas cubat, Vide tom. 3. cap. 35. num. 11. 12. 13. 14. & 15.

Quintò. Triduo sustinent me. Hoc dicit Dominus, tanquam illius gentis magnum obsequium referens. Gens autem hæc Dominum sequebatur ob sanitatem in suis infirmitatibus obtinendam, vt testatur D. Matthæus 15. num. 30. & 31. & sæpe dixi. Quomodo ergo Christus Dominus hoc, tanquam magnum sibi præstitum obsequium profert, cum turba sui commodi ergò moueretur? Hæc est ingens Domini pietas: hæc magna illius benignitas, vt ea, quæ principaliter ex utilitate sua turbæ præstabant, ipse tanquam sui magnum reputet famulatum, solūque ante oculos ponat gentis effectum, quo erga ipsam tenebatur, non vero comoditate qua primò exierat, & sequebatur.

Ait Paulus ad Hebræos 11. num. 7. Fide Noe mutuens aptauit arcam in salutem domus sue, per quem damnauit mundum; & iustitiam, quæ per fidem est, hæres est instituta. Ex Dei mandato fabricauit arcam in salutem domus suæ, & tamen per ipsam fidem, ac obedientiam, qua Deo credidit, iustitiæ est hæres instituta. Ex hac fide præstita magnum ei comparatus est promeritus; nam pereuntibus cæteris omnibus hominibus, ipse cum tota domo sua euasit incolumis. Quomodo ergo Noè per rem tam sibi commodam, iustitiæ instituit hæres? Hæc est Dei bonitas, vt fidem, per quam Noè cum filiis suis tantam salutem est assecutus, in magnum eius meritum ipse Deus adscripserit, in magnum sibi præstitum obsequium acceptauerit. S. Thomas. Secundum dispositionem Dei conuenientem fecit Noè arcam in salutem familia suæ, propter quam iustitia hæres est instituta.

QUESTIO VII.

Quare in tanta penuria nullus è turba meminit cibi?

IN tanta multitudine cibus non erat, & iam tanto ieiunio propè erat, vt homines deficerent. Cur ergo nullus è turba cibo recordatur? Poterit ad hæc Primo responderi ex Chrysofostomo dato supra q. 4. Quod turba quidem, que ob morborum curam suorum ipsam perierant, non audebant panes petere, Vide dicta eadem quaest. 4. in solutione 5. Deinde.

Respondeo quod turba astabat audiens Christi sermonem. Quid mirum ergo, quod nullus escarum meminerit? Vox enim Dei valde præpotens, ac efficax, vt hominem reficiat, ipsum sustentet, vt nulla in eo famis sentiat pressura. Sic de turba Christum sequenti canit Prudentius in Apothesi.

Qui forte Magistrum. Non reuocante fame, stipabant vndiq; septum, Inmemoresq; cibi vicos, castella, macellum Oppida, mercatus, & conciliabula, & vrbes Respuerant, largo contenti dogmate vesci. Vox diuina in humanis auribus sonans, magnum est homini alimētū, vt nullus ulterius egestate laboret. Ascendit Moyses in montem abfq; cibo, & potu, ibiq; per sex dies astat; septima autem die iam adueniente vocem Dei, ipsum vocantis audiuit. Septimo autem die vocauit eum de medio caliginis, Exod. 24. num. 15. ibique per quadraginta dies in colloquio Domini astans sine alimento, cibo, & potu perseuerat, quin inedia consumatur.

41.

Matth. 15.

Sequuntur ob proprium commodum, & Deus ut obsequium computat.

42. Hebr. 11.

Quod sit ex Dei mandato, esto cedat in bonum nostrum, ipse in meritum computat.

S. Thom.

43.

Chrysof.

44. Verbum Dei, cibus reficitur.

Prudent.

44.

Exod. 24.